

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum Septima, continens Regulas II. pertinentes
ad doctinam. Actionis et Agentis

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULAS II.

pertinentes ad doctrinam

ACTIONIS ET AGENTIS.

REGULA I.

Agens & patiens debent esse simul.

Longum esset futurum, si hanc Regulam ex professo explicare, & quæ circa eam moveri & possent & solent dubia, enodare vellem. Sed quia id prolixè factum fuit ab Interpretibus Aristotelis & aliis, idè ad eos auditorem remitto. Legantur ergò ipse Aristoteles *I. de ort. & inter. c. VI.* imprimis autem *VII. Phys. c. II. & ibid.* Toletus *q. II.* Connimbricenses & Ruvio *q. I.* Scotus *q. III.* ubi & Franciscus de Pitigianis ; & *I. disp. XXXVII. q. unic.* Rada *part. I. controv. XXII. art. II.* Vazq. *P. I. Tom. I. disp. XXII.* Suarez *disp. Metaph. XVIII. s. IIX.* Mendoza *disp. Phys. IX, s. VI.* apud quos & id simul explicatum invenies, quod aliàs dicitur, *Nihil agit in extremum, nisi prius agat in medium.*

REGULA II.

Agens nobilius est patiente.

I. Αὐτὸ πρῶτον ἐστὶν τὸ ποιεῖν καὶ παρὰ οὐτὸν

η δὲ

Si de priori Regula intelligatur, argumenta abducta nihil officere quilibet jam videt, quia illa huiusmodi sunt agentia, de quibus in argumentō mentio fit, ut simul sint passiva.

IV. Sed & de aliis agentibus Regula explicanda est. Potest igitur dici 1. Agens esse patiente nobilius, quando agens & patientes sunt ejusdem ordinis sive generis: ut si utrumque sit substantia; quæ explicatio est Zimaræ *prop. 125*. Atque hinc patet, primum argumentum non obfarcere. 2. Dicitur aliquid aliquo nobilius dupliciter: vel *absolutè*, quomodo homo est nobilior leone; vel *secundum quid*, & sic leo, ut canis, est nobilior homine, ut ægrò; nobilior est etiam eodem, quantum ad robur corporis. Ex quò patet, posse aliquid esse nobilius altero in aliquo, vel etiam simpliciter, ut in aliò sit ipsò ignobilius. Imò non videtur absurdum idem esse nobilius seipsò, diversò respectu, sive diversâ ratione: quemadmodum homo ut intelligens, præstantior est seipsò consideratò ratione virium corporis; & aqua, ut actu frigida nobilior est seipsà, ut potentiâ est frigida. Jam dicendum, agens esse nobilius patiente, si notè absolutè, tamen quatenus, sive eâ ratione, quâ ipsum est agens, & alterum est patientes. Patientes enim tantum potestate tale est, quale est agens actu, quemadmodum supra audivimus. Sed esse actu tale est præstantius, quàm esse potestate

state tale
argumen
furdum,
eodem t
titur, qui
quod fri
nihil abs
intellect
va elicit
seipsò, ut
esse absol
sima ope
rationem
esse nobi
iste aute

VI. I
quid in
ram esse
cta, & p
seipsum

VII.
gens est
nisi ali
ipsum a
lior om
sponfic
propon
sponfic
II. qua

state


state tale. Atque hōc modō etiam patet, reliqua argumenta nobis nihil officere. Non est absurdum, dicere, calidum esse perfectius frigidō, eōdem tamen esse imperfectius, ut ab ipsō patitur, quia sic calidum potestate tantum est id, quod frigidum est actu. Hāc ratione etiam, nihil absurdi est, idem esse nobilius seipsō: ut, intellectum, quatenus tanquā potentia activa elicit ex se intellectionem, esse nobiliorem, seipsō, ut eam recipit. Ita Zimara dicit, *sensum esse absolutē nobiliorem sensili, quōd perfectissima operatio sensus excellat perfectissimam operationem sensilis, secundum quid tamen sensile esse nobilius sensu, quatenus nimirum ipsum agit, iste autem patitur.*

VI. Posset etiam, quantum ad id, quod aliquid in seipsum agit, dici, Regulam tunc veram esse, quando agens & patiens sunt distincta, & propterea non loqui de agente, quod in seipsum agit.

VII. Poterit etiam Regula ita explicari: Agens est nobilius patiente, *ceteris paribus*, vel nisi aliunde patiens nobilius sit, aut nisi & ipsum agens sit, ita, ut competat ipsi actio nobilior omni actione alterius agentis. Quam responsionem etiam Zimara partim expressē proponit, partim innuit. Quō ipsō etiam responsio patet ad argumentum I. & III. ut & ad II. quantum ad posteriorem partem. Nam quod

quod de actione ejusdem in seipsum fuit allatum, sufficit responsio § preced propositum. Nam quod calor agens in aquam, aut ferrum, aut aliud calefactibile, non est absolute peritius, inde est, quod cetera non sunt paria, cum aliunde istis patientibus major constet nobilitas: sunt enim substantia, calor autem accedens. Ita frigidum agens in calidum, non est ipso absolute prestantius, quia calidum ita patitur, ut ipsum tamen agat prestantiore actione frigidi. Idem dictum fuit §. V. de sensu & sensu.

XIX. Excepi autem id, quod de actione ejusdem in seipsum fuit allatum, quia cum nihil absolute seipso sit nobilius, si Regula intelligatur de eo, quod absolute nobilius, usurpanda est responsio §. VI.



Dis

D
 Mate
 I. Ha
 Philosoph
 ribilem; i
 esse. Si enim
 ex quo in ex
 ra. Quare
 II. Sol
 rum est de
 eundam,
 es respect
 pi, manifest
 III. De
 sphi ver
 Quicq
 nec
 Sed ma
 E. non
 Major pa
 ptio pra
 neratur,
 dum & q
 jectum q
 Philosoph
 nor, quia
 am, non

REGULA III.

Materia est ingenerabilis & incorruptibilis.

I. Hanc proprietatem tribuit materię Philosophus *I. Phys. t. 82.* his verbis: *Incorruptibilem; inquit, & ingenitam necesse est ipsam esse. Si enim fiat, subjici aliquid oportet primum, ex quò inexistente fiat: hoc autem est ipsius natura. Quare erit, antequam fiat.*

II. Solùm autem hoc pronunciatum verum est de materiâ primâ. Nam materiã secundam, quale est lignum respectu mensę, & res respectu statuz, generari posse & corrumpi, manifestum est.

III. De materiâ primâ ex adductis Philosophi verbis ita argumentamur:

Quicquid potest generari & corrumpi, ejus necesse est, dari aliquam materiã.

Sed materia prima non datur materiã.

E. non potest generari aut corrumpi.

Major patet, quia omnis generatio & corruptio pręsupponit materiã, & quicquid generatur, ex materiã generatur, quemadmodum & quicquid interit, in materiã vel subiectum quoddam interit, sicut demonstrat Philosophus *I. Phys.* Manifesta enim est minor, quia, si materia prima haberet materiã, non esset prima materia, nam materia

MM

ejus

ejus esset prior, cum omnis materia prior sit materiatio.

IV. Inquis: Aristotelem in allegato textu asserere, materiam partim interire, partim non interire. Resp. Materia consideratur dupliciter: 1. *Secundum se*, & ut importat potentiam ad formas & res ipsas naturales & sic non interit. 2. *Ratione adjuncta privationis*, quæ privatio quando adveniente forma perit & cessat, ideò & ipsa materia ratione hujus privationis quodammodo interire dicitur. Quæ responsio fundamentum habet in ipsò Philosophò *l. cit.*

V. Quamvis autem materia prima nec generetur nec corrumpatur, non tamen ideò non incepit esse: incepit enim & facta est per creationem, quandoquidem cum ipsis corporibus à DEO concreata est, & si DEUS voluerit omnia corpora naturalia in nihilum redigere, ipsa quoq; amplius non erit.

VI. Sed posset aliquis objicere: In corruptibile nobilior est corruptibili. Si ergo materia incorruptibilis est, erit nobilior ipsa corporibus naturalibus sublunariis, utpote quæ corruptioni sunt obnoxia.

VII. Resp. I. Majorem veram esse *ceteris paribus*: quando incorruptibile non exceditur in ceteris prædicatis à corruptibili, incorruptibile nobilior est corruptibili. At

ro corpora
primam in
dicata maj
cum præte
dant. II.
bilis esse
secundum q
hoc modò
surdum. P
lius esse si
quid, in c
sicut homo
duratione
sic est ma
poribus na
est, si dicat
petnitate.

I. Præsu
appetitur
innatus, u
q. I. Sect. I
indita, qu
cognitione
est potent
gnitione
num vide

no corpora naturalia excedunt materiam primam in aliis prædicatis, h. e. habent prædicata majoris perfectionis, quam materia, cum præter materiam etiam formam includant. II. Pótest dici: Incorrúptibile nobilius esse corruptibili, non *simpliciter*, sed *secundum quid*, nempe incorruptibilitate; & hoc modò consequens non videtur esse absurdum. Pótest enim aliquid aliquò ignobilius esse simpliciter, ut tamen secundum quid, in certò nimirum tertio sit nobilius: sicut homo simpliciter nobilior est lapide, in duratione tamen lapis hominem excedit. Et sic etsi materia sit simpliciter ignobilior corporibus naturalibus, non tamen absurdum est, si dicamus, esse eam nobiliorem in perpetuitate.

REGULA IV.

Materia appetit formam.

I. Præsupponendum híc est, duplicem esse appetitum, *innatum & elicivum*. Appetitus *innatus*, ut habet Fonseca *I. Metaphys. cap. I. q. I. Sect. III.* est inclinatio ab autore naturæ indita, quâ unaquæque res absq; ullâ præviâ cognitione, in bonum propensa est. *Elicivus* est potentia, quâ aliquid præviâ aliquâ cognitione suâ fertur in bonum, aut quod bonum videtur esse. In hoc autem appetitu sunt

MM 2 duo;

duo: Unum est *actus primus*, sive facultas ipsa appetendi. Alterum est appetitio ipsa, sive *actus secundus*, qui vocatur appetitus elicited. At in appetitu innato hæc duo distingui non possunt: non enim fertur appetitus innatus in bonum, aliquam actionem eliciendo, sed iste appetitus est ipsa potentia, quatenus sumitur in ordine ad suam perfectionem.

II. Unde potentia naturalis est appetitus naturalis, non cujuslibet actus respectu, sed tantum respectu actus, qui eam perficit: aqua enim habet potentiam receptivam caloris, non tamen habet appetitum ad eum, cum potius illum exhorrescat.

III. *Appetitus elicited* proprie dicitur appetitus, & distinguitur in *sensitivum* & *rationalem*. Ille respicit bonum sensu cognitum, estque propterea communis omnibus animalibus: sicut bos esuriens appetit gramina. Hic respicit bonum intellectu cognitum, quomodo appetit homo bona honesta, et honesta, estque inter animalia homini proprius. *Appetitus innatus* dicitur sic *Metaphorice*, & per quandam analogiam, sicut pariter dictis constat, partim ex dicendis erit manifestum.

IV. Potest quidem & appetitus elicited dici innatus, generali quadam ratione, quatenus non est acquisitus, sed cum ipsa natura

incipit, nem ad suum finem est perfectionis, & atque ita deo ab inchoatur, contra dist. 11. q. 9. rez disp. A. Hurtadum V. His asserit manna mare communis potentia.

VI. U huic Aristogateque mam. Arg

Qu

Sed

E.

Major pr lud non Exerit. C privatione Ha namq rie prima hoc vult

ind

incipit, & naturalem importat inclinationem ad suum objectum & actum; quia tamen simul est principium elicendi actum appetitionis, & fertur in bonum sub ratione boni, atque ita propriissimè vocatur appetitus, idè ab innatò, qui metaphoricè sic appellatur, contradistinguitur. Vide Durand. *IV. disp. 11. q. 11X. Fonseca. 1. cit. f. II. & III. Suarez disp. Metaph. I. f. VI. S. 3. & seqq. Petrum Hurtadum de Mendoza disp. Phys. II. f. III.*

V. His pramissis, Aristoteles *I. Phys. t. 88.* asserit materiam appetere formam, ut scemina marem, & turpe pulcrum. Estque hæc communis & constans Peripateticorum sententia.

VI. Unicus ferè Scaliger *Exerc. LXI. f. I.* huic Aristotelis sententiæ contradicit, denegatque materiæ omnem appetitum ad formam. Argumentum ejus est:

Quod materia habet, illud non appetit.

Sed materia habet omnes formas.

E, eas non appetit.

Major probatur, quia quod quis habet, illud non appetit: est enim, ut ipse loquitur *Exercit. CCCXVII. Sect. II.* appetitus soboles privationis. Minorem probat hisce verbis: *Haenamq; materia individua ex partes sunt materia prima, quæ una est.* Quantum percipio, hoc vult dicere: etsi particula materiæ in in-

MM 3

divi-

dividuo, quarum alia est materia hujus lapidis, alia illius; alia hujus hominis, alia illius, ita & consequenter, non habet unaquæque per se omnes formas, materia prima tamen, quia est totum quoddam ex illis particulis constans, habet omnes formas.

VII. Sed hæc ratio Scaligeri admodum infirma est. Nam I. nego majorem & ea, quæ pro ejus confirmatione afferuntur. Appetitus, quatenus appetitus est, objectum est bonum in suâ latitudine, sive absens sit, sive præsens. Falsum itaque est, appetitum esse sobolem privationis, & id solum appeti, quod abest, sive, quod non habemus. Distinguat Scaliger inter appetitum in communi, & inter appetitum desiderii, sive desiderium ipsum, cui appetitui desiderii opponitur complacentia, sive appetitus complacentiæ, quàm Lætini, ut ipse dicit *Exerc. citat.* vocare potuissent *acquiescentiam*. Appetitus desiderii est boni absentis, & sic soboles privationis; appetitus complacentiæ est boni præsentis, & ejus, quod possidetur. Ex quò patet, appetitum in communi & de se esse boni simpliciter, & indifferenter se habere ad præsens & absens, sive ad id, quod habetur, & id quod non habetur. Videatur Antonius Ruvio *I. Phys. cap. IX. tract. 1. q. VI. n. 45.*

II. Quæ quidem differentiæ propriæ &

Di
primò fun
cet & ratio
nomen app
dam analo
ferentiæ ap
innato pos
petitus des
potentia
cum suâ p
petitus co
comparat
habet. Ap
ut abstrah
est eadem
fectionem
sit, an abs
Vazquez
IX. II.
prima, u
aggregat
cie, tam
(2.) Quæ
habet om
V. g. ita
pidis, fo
liber igi
vel max
fentis: q
desideri

primò sunt appetitus elicitivi, sensitivi scilicet & rationalis; nihilominus tamen sicut nomen appetitus metaphoricè & per quandam analogiam innato tribuitur: ita & differentia appetitus per analogiam appetitui innato possunt accommodari. Est igitur appetitus desiderii (loquimur de innatò) ipsa potentia naturalis, quatenus comparatur cum suâ perfectione, quam non habet. Appetitus complacentiæ est eadem potentia comparata cum perfectione suâ, quam actu habet. Appetitus autem simpliciter, h. e. ut abstrahitur à desiderio & complacentiâ, est eadem potentia, comparata ad suam perfectionem, non attendendò, an præsens illa sit, an absens: Sicut eruditè explicat Gabriel Vazquez *Parte III. disp. XXXIV.*

IX. II. Ad minorem dico (1.) Et si materia prima, ut est totum, vel unum quoddam per aggregationem, habet omnes formas in specie, tamen non habet omnes in individuo. (2.) Quælibet particula materiæ primæ non habet omnes formas actu, sed unam tantùm. V. g. illa particula, quæ est materia huius lapidis, formam lapidis tantùm habet. Quælibet igitur posset alias formas appetere, si vel maximè appetitus solùm esset boni absentis: quin reverà appetit absentes appetitui desiderii, præsentis appetitui complacentiæ.

X. Ex dictis propono pro Aristotelle hoc argumentum:

Cui inest potentia receptiva formæ, tanquam sua perfectionis, ei inest appetitus formæ. Siquidem appetitus innatus, ut explicavimus, nihil aliud est, quàm potentia sumpta in ordine ad suam perfectionem.

At materia inest potentia receptiva formæ tanquàm sue perfectionis, uti constat.

E. materia inest appetitus formæ.

REGULA V.

Materia est pura potentia.

I. Dicis:

Pura potentia est expers omnis actus.

Sed materia non est expers omnis actus.

E. non est pura potentia.

Major probatur: quia purus actus est, qui est expers omnis potentia. E. & pura potentia est expers omnis actus; par enim est ratio. Minor probatur, quia materia prima habet actum, quem Scotistæ vocant *entitativum*, quod nihil aliud est, quàm existentia, quâ de re libi diximus.

II. Pro explicatione sciendum, cum materia dicitur *potentia*, intelligi potentiam *passivam*. Ejus enim natura in hoc consistit, quod sit *passiva*, quemadmodum ex textu *L. I. de oreu & interitu*, & *Lib. II. c. 53.* manifestum est.

D
stum est.
significatu
re actum fo
ex suâ natu
sub formâ
ejus natur
explicat. A
dicatur pu
se, ut omni
si careat o
quod pot
suis form
nim poter
suis form
rativus di
absurdum
potentiam
re actum

III. Co
tentiam p
recipien
tia ad m
aqua, ne
tentia pa
rale intr
quam fo
quem est
IV. R
sponder

sum est. Cum autem dicitur *pura potentia*, significatur, eam nullam habere formam, si- ve actum formatum, essentialiter nimirum, & ex suâ naturâ. Licet enim materia semper sit sub formâ aliquâ, nulla tamen forma est de ejus naturâ & essentiâ, quemadmodum & in explicat. *Reg. I. hujus Disp.* diximus. Ut aliquid dicatur pura potentia passiva, non est neces- se, ut omni actu simpliciter careat, sed sufficit, si careat omni actu formali. Cujus ratio est, quòd potentiæ passivæ non quilibet, sed a- ctus formalis tantùm opponatur. Omnis e- nim potentia passiva, quatenus talis, est a- ctus formæ receptivus. Unde cum actus enti- tativus distinguatur ab actu formali, non est absurdum, materiam primam dici puram potentiam, scilicet *passivam*, & tamen habe- re actum *entitativum*.

III. Corpora naturalia habent etiam po- tentiam patiendi, sicut in aquâ est potentia recipiendi calorem, & in lapide est poten- tia ad motum deorsum; sed nec lapis, nec aqua, nec ullum corpus naturale est pura po- tentia passiva, quia quodlibet corpus natu- rale intrinsicè & essentialiter includit ali- quam formam siue actum formalem, per- quem est tale corpus naturale.

IV. Ex quibus perspicuum est, quid re- spondendum sit ad argumentum oppositum.

MM 5

Ma-

Major enim non est vera nisi de actu, qui opponitur illi potentia. Cum igitur potentia, de qua hinc sermo est, sit passiva; & verò potentia passivæ opponatur tantum actus formalis, major non erit vera, nisi de actu formali: *Pura potentia passiva est expers omni actus formalis*; & hoc modò minor est falsa. Est enim materia ex suâ naturâ omnis formalis actus expers. Quæ responsio confirmatur, si puram potentiam cum purò actu conferamus. Purus actus non excludit omnem potentiam, sed tantum passivam: stat enim cum activâ, cum *Deus*, qui purus actus est, perfectissimam potentiam activam habeat. Jam quod si purus actus non omnem excludit potentiam, quid mirum, si pura potentia quoque non omnem excludat actum? Manifestum autem est, sermonem esse de *materia primâ*. Nam secunda, ut lignum, lapis &c. intrinsicè & essentialiter aliquam formam habet, sicut apud omnes constat.

REGULA VI.

Ex non ente nihil fit.

I. Ita Aristoteles *IV. Metaph. r. 20. XI. Metaph. cap. V.* & alibi. Sed contra est, quod *Phys. r. 4.* & multis aliis in locis docet, *generationem esse mutationem ex eò, quod non est.* Ex non ente ergò aliquid generatur secundum Aristotelem.

II. Sci

D
II. Sci
tum ad pr
non est, u
quod hab
ipsum fier
ationem o
Privative
non est ad
derur alio
tentiam a

III. Q
ones, qu
sumò fit
enim pot
tentia g
rentia &
non em
lud non
Et hanc
in §. 1. c

IV. C
rò nihil fi
ribus nat
monstra
que eni
per gene
tionem
aliquam
modum

II. Sciendum, *Non ens sumi bifariam quantum ad præsens*: 1. *Negative* pro eò, quod ita non est, ut nec detur aliquod subiectum, quod habeat potentiam ad ipsum, & ex quò ipsum fieri possit: quomodo ante mundi creationem omnes creaturæ erant non entia. 2. *Privative* pro eò, quod quidem non est, quia non est actu, interim est in potentiâ, ita, ut detur aliquod subiectum, quod realem potentiam ad ipsum habeat.

III. Quibus præmissis tres facio conclusiones, quarum I. est: *Ex non ente privative sumto fit aliquid viribus natura*. Ex homine enim potentiâ fit homo actu; ex verme potentiâ generatur vermis actu; sed homo potentiâ & vermis potentiâ non sunt entia: non enim sunt actu; at quod actu non est, illud non est, per Aristotelem IX. *Metaphys.* c. 7. Et hanc conclusionem docuit Aristoteles loco in §. 1. citatò.

IV. Conclusio II. *Ex non ente negative sumto nihil fit per generationem naturalem, sive viribus natura*; id quod ex professò docet & demonstrat Aristoteles I. *Phys.* Quandocunque enim aliquid producitur & fit, sive fiat per generationem naturalem, sive per effectum artis, oportet semper materiam aliquam substerni, ex quâ fiat: quemadmodum ut homo generetur, aut bos, non generatur

u, qui op
ur potens
ra; & verò
um actus
fi de actu
pers omnia
est falsa.
is forma
confirma
actu con
it omnem
stat enim
actus est,
habeat
m exclu
potentiâ
? Mani
emateriâ
lapis &c.
formam

. XI. Me
quod P.
genera
n est. Ex
cundum

II. Sci.

generatur nisi ex semine, ut lectus efficitur aut statua, non efficitur ex ligno aut are.

V. Conclusio III. *Ex non ente negati sumto, aliquid sit per creationem, sive per potentiam Dei.* Cujus conclusionis veritas non solum ex sacris literis constat, sed & ratione Philosophicâ alibi à nobis demonstrata fuit. Notabiliora sunt verba Bonaventuræ II. dist. I. q. I. quando: *cum dicitur, inquit, aliquid ex nihilo fieri, potest intelligi tripliciter, aut enim materialiter, ut ex ferro cultellus; aut causaliter, ut ex patre filius; aut ordinaliter, ut de mane sit meridies.* Primis duobus modis verum est, ex nihilo nihil fieri. Tertiò modo verum est, secundum naturam, sed falsum est supra naturam per virtutem infinitam, quæ non indiget fulcimento materiæ. Ita faciliter potest aliquid produci ex nihilo, sicut de aliquo.



Duplex
I. For
terialis.
dependet
materialis
apta est: q
omnes ma
II. II
hîc est di
mam con
solutum
malis est.
III. Ja
formâ quæ
lis, sive
Quod qu
poni for
ponita.